



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 72. Arx Antverpiæ Ducis jussu ædificata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

§. LXXII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.*Arx Antverpiæ Ducis jussu ædificata.*

Paulo post Albæ Dux Antverpiam venit, ubi arx in Kylio suburbio meridiem versus spatiosa exstrui cœperat, repleta ab ea parte urbis fossa, & Groneburgia porta, venerandæque antiquitatis turre solo æquata. Porro illa a Paciotto Sabauda, qui arcem ad Augustam Taurinorum ab Emanuele Philiberto Sabaudia Duce nuper erectam extruxerat, ex Chapini Vitellii, & Comitibus Serbelloni equitis Hierosolymitani Hungariae Prioris consilio construebatur, eaque secundum quinquaregularem formam disponebatur, atque istud opus festinatis operibus Albani jussu deproperabatur, bis mille hominibus laborem continuantibus: in cuius rei sumptus Antverpienses quadringenta florenorum millia contulere, quæ ex centesimæ, & decimæ erogatione imperata resarcirentur: porro id eo propensius ab eis factum, quod urbem præsidario milite exoneratum iri sperarent, quamvis dein nullum ex ea levamen senserint; quippe Albericus Lodronius cum aliquot Germanorum signis urbi impositus est.

Thuan. l. c.

I 4

§. LXXIII.